iste studebat bononie anno 1561 ut ipse dicit pag. 105. in VI ab eo

TRACTATVS
DE INVENTARIO HAEREDIS,
Secunda hac editione,

Vltrà duplum auctus, ac locupletatus. In quo præter omnes huiuſcè rei traditiones ad hanc vſque diem exſtantes, multi ſunt Articuli, Termini, Quæſtiones, Regulæ, Declarationes, mirè vtiles, & ſententioſæ.

ADIECTA SVNT,

Alterum gloſema ad Auth. de Hæred. & Falcidia, non ſine fœnore prioris gloſſematis: Adeò q̃ ambæ IVSTINIANI Conſtitutiones, loquentes de Inuentario: videlicet, lex vlt, C. de iur. delib. & ſupradictum auth. ſua dote decenter cohoneſtatæ in lucem prodeunt.

ANTIPHANVCIVS, *hoc eſt, Defenſio* MONTICVLI *aduerſus* PHANVCIVM *Lucenſem.* I. C.

AVCTORE,

SEBASTIANO MONTICVLO VINCENTINO. I. C.
Publico in Gymnaſio Patauino Legum Interprete.

Cum Indice, & Summarijs ſuis in locis concinnè appoſitis.

Num. 16.
Cax. 8.
Num. 20.

VENETIIS,

Apud Franciſcum Zilettum. M. D. LXXIIII.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

SEBASTIANVS MONT CVLVS LECTORI. S.

MVLTA, iterùm dicò, decernuntur: pauca verò perficiuntur.
Hoc enim Abſynthium in rebus humanis admixtū eſt, ut Cen
teſimam partem noſtrarum cogitationum non conficiamus; vel
quia rerū indagines ſunt abſtruſæ; vel quia in prauitate, diſſi-
dioq; opinionum conflictamur; vel quia vndique ſunt Angu-
ſtiæ; & continuò mors, exilium, intemperies, impatientia
Tormina, dolores, deliria repentè exiliunt. Quapropter felix ille, qui huius
miſerrimæ vitæ, Rapidiq; Torrentis vadum inueniens, turbulentas animi corpo-
riſque affectiones leniter tranſigit. Aliquoties tamen vehemens animi ardor,
maiora quàm putabatur, efficere ſolet: Quia intellectuum noſtrorum motus, &
igniculi ſunt indeſinentes; ac plus vnius horæ ſpatio (ſi ſenſuum torpori non ſubij
ciamur) præſtant, exquirunt, operantur, quando ſumus in actu, incitamentoque
illo: quàm ſi menſes, & annos integros; quinimmò, totum æuùm ſocorditer &
ſomniculoſè tranſeamus. Ego inter multas animi corporiſque amaritudines
(vt notum poteſt eſſe illis, qui per virtutis atque honoris ſemitam gradiuntur)
volui vincere me ipſum. Atque itè (D.O.M. adminiculante) huic Tractatui
amplam gazam, ſuppellectilemque contuli, præter omnem meam ſpem ac de-
liberationem. Cauſam ſciunt qui ſcire volunt; & aliquatenus attingo in Nun-
cupatoria, & in Antiphanucio. Mihi videor audire, Quid ſibi vult Antiphanu
cius? Quæ nouitas eſt iſta? Non quæſo admiretur quiſpiam; neque ſecus de me ſen-
tiat, ac de alijs ipſe ſentio optoque. Iterùm DEVS meam accipiat ſponſionem.
Si ſciens fallo: Si cuipiam malum cupio, ſim ego primus vt Perillus alter. Si bo-
num cupio ſequorq;, & DEVS quandoque mihi bonum det. Poſt primam editio
nem, alij duo maximi nominis I.CC. ſimilem ediderunt tractatum (mirum profe
ctò eſt, quo modo tres ſeparatim, vno eodemque tempore in eundem meditatum
inciderunt.) Alter eſt Rolandus à valle: Alter Phanucius Lucenſis. Vterq; prius
vidit meum tractatum; & mihi fuit id pergratum honorificumque non parum.
Veruntamen deprehendi in Phanucio Spiritum quendam nimis vehementem
& concitatum aduerſus me: præſertim cum illum nunquam nouerim, neque
rem ſecum habuerim. Accedit, quòd multo me natu grandior eſt. Quapro-
pter debuit Summa petere; quia perflant altiſſima venti; non etiam iàm ve-
teranus militem inertem impetere. Vtcunque ſit, Suum cuique liberum eſt arbi-
trium. Palma in medio poſita eſt. Cœli aſpectus cuncta irrigat, & fœcundat: tàm
nemora & Syluas, quàm Oppida & Ciuitates. Plures poſſunt ad eandē metā re-
ſpicere, & collimare. Ciuiles hę ſunt Pugnę, & Literatorum Stadia: In quibus ſine
ſangui-

ERRATA.

T cæteris in rebus ſemper mixta eſt imperfectio aliqua: ita in librorum impreſsione ſæpe incidunt errata: quæ non tantum Ortographiam, literarumque elementa & Characteres, aut præpoſterant, aut ſuperfluè addunt, uel contrà demunt: uerum etiam ſenſum, conceptumque Auctoris corrumpunt, aut ſaltem obſcurant. In hoc opus meum multi errores irrepſerunt: grauioresq; irrepſiſſent, ni in medio curſu oculos ꝓ me aliquátulum aperuiſſet HIERONIMUS SUPCOTUS ANGLUS, uir candidi animi, & multigenæ eruditionis. Cupiuiſſem plenius, & accuratius ſingulas paginas, & errores luſtrare. Sed ne de me fortè dicatur, ut dictum eſt de Claudio Imp. Quis eſt cum Monticulo? ne muſca quidem: colligam illos errores, qui poſsint ſenſum euariare. Volo dicere quòd multoties ſunt diphtongi, commata, puncta, accentus, & literæ maiuſculæ, ubi non oportet: & ubi oportet, deſunt. Alibi ſunt additæ, uel ademptæ ſyllabæ: interdum etiam dictiones. Quid enim in precium, Ideam, ſceptum, penes, opus eſt æ, œ? Quid item ſibi uult, aut, & pro, ut, uel cõtrà? Quid neutiquè pro neutiquam? Quid Teſtertijs, Teuſi, pro Seſtertijs, Zeuſi? Quid in reiectis. intempeſtiua inſerere, bu, ta? Quid, i pro e, ponere in collegeram, pendet, diſtribuat, dilaſſamur, uiciſsitudines?

Pagina. 5. nume. 8. debet eſſe. Iaſon in d. l. nemo poteſt. Aditio. pag. 6. nume. 16. Diarium. Pro Planc. Et nume. 18. diſtringeretur. Et paulò poſt. Pontificis Reſcriptum non minus. pag. 7. nume. 20. Suppilent. Et paulò poſt. Luſciosis. pag. 8. nume. 30. Corneus, pag. 9. num. 37. intempeſtiua. Et ſtatim. Adeo quòd. pag. 12. num. 64. per auth. pag. 14. reprehendit. pag. 17. num. 93. Sed enim. pag. 18. in prima linea. Ante. Et paulò poſt. minus. Et nu. 105. augebuntvè. pag. 20. num. 118. Sed ad nutum. Et nume. 124. Actiones & lites: pag. 21. nume. 132. neuter. pag. 22. linea. 2. legatarijs. & linea penultima. Niſi reformentur. pag. 24. nume. 149. Item quoad. Et nume. 151. Verborum. pag. 40. nu. 2. Spiritus meus. pag. 41. nume. 6. Aret. conſil. 147. pag 43. in fine. Poterunt. Et an ſcindentur onera inter. pag. 46. nu. 4. præterquam & num. 49. fatuum eſt. pag. 48. prima linea. Explere. Et paulò poſt. quòd hæredibus uel. Et num. 64. quòd ſi pupillus. pag. 49. nume. 70. emanauit. pag. 61. nume. 42. Incantamina. pag. 62. num. 47. l. Eius. pag. 63. num. 51. quo pago. pag. 65. nu. 5. quando utile, Et paulò poſt. Capiliſtij. pag. 77. num. 9. in concurſu. pag. 107. linea. 24. ſum

nuſim.

SEBASTIANI MONTICVLI
I. C. TRACTATVS
DE INVENTARIO HAEREDIS,

FELICITER INCIPIT.

SVMMARIVM.

1 *HÆres ſuccedit in onere, & in honore.*
2 *Ille, cuius bona ſunt confiſcata vel litigioſa vel exhauſta non probibetur facere teſtamentum.*
3 *Hæreditas eſt Monſtrum iuris ciuilis.*
4 *Hæres, qui non habet in bonis, luit in corpore.*
5 *Obligatio non minuitur nec corrumpitur ex perſona ſucceſſoris.*
6 *Hæres adeundo, obligatur irreuocabiliter.*
7 *Hæres an cenſeatur quaſi contrahere cum creditoribus,*
8 *Legata incipiunt ab hærede, non à defuncto.*
9 *Iuſtinianus auctor Inuentarij.*
10 *Obligatur quis etiamſi nihil habeat tam ex contractu quàm ex quaſi contractu.*
11 *Inuentarij ſolennitates c ntinentur in duabus Iuſtiniani conſtitu tionibus.*
12 *Inuentarij ſolennitates tolluntur, vel minuuntur per ſtatuta, & conſuetudines.*
13 *Inuentariorum quinque ſpecies.*
14 *Perſonæ plures, quæ debent, vel poſſunt facere Inuentarium.*
15 *Rolandi Tractatus editus poſt hunc Auctoris prima vice.*
16 *An vera ſit argumentatio. Tenetur reddere rationem, ergo facere Inuentarium.*
17 *Inuentarium remitti poteſt lege, ſtatuto, conſuetudine, Pacto, Vltima voluntate.*
18 *Imperator an hodie tollere poſſit Inuentarium.*
19 *In Gallia non valet Inuentarium niſi à Principe impetretur.*
20 *Statutis multarum ciuitatum tollitur Inuentarium.*
21 *Iudicum taxatur leuitas, & imperitia.*

127 *Impenſa ægritudinis, an retineatur per hæredem cum inuentario.*
128 *Funeris Impenſa, & ægritudinis æquiparatur.*
129 *Creditores, an reuocentur ad communionem ſi vnus prius exegerit, vt in legatarijs.*
130 *Debitor quando poßit ſoluere vni ad preiudicium Cæterorum.*
131 *Legatarij cur reuocentur ad communionem, creditores non.*
132 *Hæres interrogatus, an perdat beneficium inuentarij ſi negat ſe hæredem, maximè Iudici. Et ibi Monticulus diſtinguit contra Phan.*
133 *Beneficium quantò eſt maius: Ingratitudo, & indignitas tantò eſt maior abutentis beneficio.*
134 *Legata, an debeantur vltra vires ipſo iure.*
135 *Legata, quomodo computentur.*
136 *Legitima, an preualeat legatis.*
137 *Legitima quomodo computetur.*
138 *Falcidia & Trebellianica quomodo computetur.*
139 *Trebellianica num amittatur per omiſſionem inuentarij veluti legitima non amittitur.*
140 *Regula aliquot Legatorum, Legitimæ, Falcidiæ, Trebellianicæ.*

ANTIPHANVCIVS
MONTICVLI.

PVraueram à principio in prima huius operis editione(Anni nondum Tres ſunt, quando Dei Optimi Maximi incomprehenſibilis benignitas Sancto Chatolico Fœderi Victoriam conceſsit contrà formidabilem Turcarum Claſſem, M.D.LXXI)nullum fore, qui mecum ad eandem metam contenderet. Poſtea intellexi, Rolandum à Valle, Præſidem, Senatorem, ac I.C. meritiſsimũ, ſimile opus ad manus habere: Et ecce non multò poſt exit Tractatus Rolandi de
1 Confectione † inuentarij. Non multum excurrit, quòd mihi refertur, Phanuciũ Lucẽſem I.C. magni nominis, & ubiq; notũ pœnes Ligures, Etruſcoſque, quibus ualdè addictus ſum, quaſi tertium ſociũ ad Triumuiratum cõſpirare. Sed neſcio quis noſtrum erit Octauius. Dum uerò opus iſtud ſecunda uice cæptum eſſet excudi, Menſe Martio huius Anni M.DLXXIIII. Bibliopola ad me Patauium Venetijs miſit Tractatum Phanucij de inuentario

hæredis

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo.

Omnes ſunt Quaterniones.

VENETIIS,

Apud Franciſcum Zilettum. M. D. LXXIIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA